



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1604

Vita S. Ceaddae, Episcopi, Merciorum & Lindisfarnorum, ex ea quæ est per Bedam lib. 3. cap. 28. & lib. 4. cap. 2. & 3. Ecclesiasticæ historiæ gentis Anglorum. Ordinatus est anno Domini 664. Obijt ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42667

VITA S. CEADDAE, EPISCOPI,
 Merciorum & Lindisfarnorum, ex ea quae est per
 Bedam lib. 3. cap. 28. & lib. 4. cap. 2. & 3. Ecclesia-
 stica historia gentis Anglorum. Ordinatus est anno
 Domini 664. Obijt vero anno Domini 672.
 Adeodati Pape 4. Constan. Po-
 gon. Imp. 5.

Vide Cæsa.
 Baroni).
 not. in mar-
 tyr. Rom.
 Item Tom.
 s. annal. Ec-
 clesiast.

Ceadda Abbas monasterij Lestingaheu, qui
 fuit frater reuerendissimi Antistitis Ced-
 di, cum sanctitatis opinioe clarus esset, &
 reru diuinaru cognitione egregie instructus, qua
 popularis admodum operibus exornabat, vocatus
 rege Alchfrid Cantiam, antistes ibidem a VVini
 episcopo (qui solus tunc temporis in vniuersa
 Britannia legitime ordinatus inueniebatur) con-
 secratus est. Successit autem in locum Archiepi-
 scopi Deusdedit, qui iam multis clarus virtuti-
 bus, vitæ cursum consummauerat. Id temporis
 Britannia quadam erroris opinione de celebrando
 Dominico Paschæ die laborabat, nec erat episco-
 poru quisquam, præter vnum VVinum canonicè or-
 dinatus. Ceadda aut magno studio & labore eccle-
 siasticæ veritati curam impendebat, vniuersamq;
 terram, Apostolico more, pedibus peragrabat.

2. Martij,

Consecratur
Episcopus.

Interea Vitalianus Romanæ Ecclesiæ Pontifex,
 Theodorum a se Episcopum consecratum in Bri-
 tanniam cum potestate summa misit, vt & animos
 hominum erroribus liberaret, & ea quæ ad benè
 beateque viuendum spectarent, ordinaret. Ce-
 addam itaque Episcopum cum argueret, diceret-
 que pontificium munus cõtra sacras constitutio-
 nes administrare, respondit ille; Ego quidem me
 hoc munere semper indignu iudicau, lubesq; me
 co o Theodore, abdicabo, nam nisi me ad hoc ob-
 idientia compulisset, suscepissem nunquam.

Vitalianus
Romanæ
Ecclesiæ
Pontifex.

Insignis hu-
militas eius.

Ggg 4.

Has

Hac humilitatis voce & Theodoro factis factum e-
gregie fuit, & viri virtutem admirans, in Ponti-
cia eum dignitate confirmavit.

Eo tempore prouinciae Merciorum Rex Vul-
here praerat, qui in demortui Iarumanni Episco-
pi locum sibi suisque à Theodoro Episcopum pos-
tulauit. Et quia Ceadda virtutes multis, rationi-
bus perspectas habebat (qui vitam tunc temporis
in monasterio suo tranquillam agebat) hunc pos-
simum desiderabat, obtinuitque tandem à Re-
ge Osuvi (in cuius ditone erat) vt gentis Mer-
ciorum & Lindisfarorum Episcopatum admini-
straret.

*Pro mona-
sterio con-
struendo,
quantum il-
li Rex con-
tulit.*

Rex autem Vulphere pietate viri & candore
morum eius mirum in modum delectatus, dona-
uit illi terram quinquaginta familiarum, ad con-
struendum monasterium in loco Etbeaue, id est,
ad Nemus, in prouincia Lindissi. Episcopalem au-
tem sedem habuit in loco qui vocatur Licidfeld,
in quo & defunctus ac sepultus est. Pecerat si-
bi domicilium non longè ab ecclesia remotum,
in quo quoties à labore & ministerio verbi vaca-
bat, cum paucis monachis diuinarum rerum con-
templationi operam dabat.

*Ovvinus e-
gregius mo-
nachus, ex
praefecto
aule regia.*

Postquam autem duobus cum dimidio annis ec-
clesiam suam cum summa pietatis laude rexisset,
adfuit tempus quo ad sempiternam gloriam voca-
batur. Erat forte, cum vno summae perfectionis mo-
nacho, quem Ovvinum appellabat (qui regis do-
mus administratione, cui praefuerat, relicta, mo-
nastica vitam apud S. Ceaddam proficebatur) in suo
domicilio, & ille quidem clauso cubiculi sui ostio
diuinis attentè rebus vacabat, hic verò (quia diui-
narum rerum studio minus idoneus habeba-
tur) eò acrius omne studium operi manuum im-
pen-

pendebat. Contigit interea ab Ovino lætas su-
 aſſime canentium voces per aëra audiri, & quasi
 e celo ad terram descendere, ipsumque cubicu-
 m in quo Episcopus erat, circumdare, transacto
 que quasi dimidiæ horæ spatio, rursus de terra ad
 celos ascendere. Ovino hac rei nouitate attoni-
 tus, dum animo solerti scrutatur, quid sibi voces
 illæ suauissimæ prætenderent, Episcopus dato si-
 gno Ovino ad se vocat; mandatque ut omni-
 mora postposita fratres, qui in ecclesia erant, con-
 uocaret; qui mox ad mandatum adfunt. Tum Epi-
 scopus, orationem pietate plenam instituit, qua
 omnes & singulos admonuit, ut mutuam charita-
 tē & beneuolentiā colerent. Instituta quoque disci-
 plinæ regularis, quæ vel ab ipso didicissent, & in
 ipso uiderent, vel in Patrum dictis aut factis inue-
 nissent, indefessa contentione sequerentur: dein
 de obitū sui diem iam proximè instare dixit.

Ovino autem congregatione fratrum solu-
 to, solus accessit, & toto in terram corpore pro-
 stratus: Obsecro te, inquit, mi pater, quidnam erat
 canticum illud cæleste, quod audiui? Cui ille; Si
 voces carminis audisti, præcipio tibi in nomine
 Domini, ne eas antè obitum meum cuiquam pan-
 tuere uerā autem Angelorum spiritus fuerunt,
 qui me ad cælestia præmia vocabant. & post dies
 septem hoc mortalitatis ergastulo solutum,
 locum adducturos promiserunt. Quod quidem
 ut prædictum erat, ita opere completum est.

Erat autem vir diuinus, cum cæteris maxima-
 rum virtutum laudibus præditus, tum diuini nu-
 minis timore ita omnia vitæ suæ consilia mode-
 rabatur, ut nihil nisi prius diuino iudicio ob oc-
 currens posito, ageret, nihil nisi mentem diuinam con-
 sideret, attentaret. Memoriam nouissimorum ita

Ggg s

pro-

Angelorum
concentus.Cæcilia præ-
dicat obitū
suum.Timor Do-
mini, quam
efficax in vi-
ro sancto.

Quid agendum dum grassatur tempestas.

Psal. 17.

profundè cordi suo infixã gerebat, vt si forte vehementior venti flatus insurgeret, continò misericordiam Domini inuocaret: Si violentior uera insisteret, procidens in faciem obnixius orationi incumberet. Si cælũ aliquo tonitruu fragore emissis ignibus coruscaret, statim ad ecclesiam conuolaret, nec prius à precibus, quam operari renitas rediret cessaret. Cũ autè à suis interrogaretur, quare hoc faceret: respòdit vir sanctus: Nò legistis, quia in tonuit de cælo Dominus? & Aluissipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos? His aliisque multis signis à Deo ad nos missis, de calamitatibus, quæ propter impietatis scelera & flagitia communibus rebus impendunt, præmonemur, vt arcum illius in nos intentum vitæ conuersione fugere, & tela sanctissimo illius cultu retundere valeamus. Representat nobis hoc metu extremi iudicij seueritatem, vt saltum & insolentiam humanæ mentis comprimat, & animos nostros à scelere deterreat: Non igitur iudicia illius horrebimus, non metu illius perterrimus omnia à nobis flagitia repellemus? Quare quoties Dei beneficio admonemur, non oportet nos ad maiorem audaciam instituti sceleris eo abuti, sed intimos animi nostri recessus excutere, ne quid in nobis, sit; quod oculis diuinæ maiestatis displiceat.

Miracula eius post mortem.

Obijt autem Ceadda sexto die Nonarum Martiarum, & sepultus est quidem primo iuxta ecclesiam S. Mariæ: sed postmodũ ibidẽ cõstructa ecclesia beatissimi principis Apostolorum Petri, in eandẽ sacra eius ossa translata sunt; vbi quidam phrenesif miserè laborans, sanitatem consecutus est. Fuit insuper, mirum erga sacras eius reliquias pio-

num deuotionis studium. Nam ut plurimi ipsos
uolueres studiosè collectos in aquas miserunt,
arum haustu varios corporis languores depule,
runt.

MARTIRIVM SS. MARINI ET ASTE-
ri, ex eo quod Eusebius in Ecclesiastica historia
lib. 7. cap. 14. refert. Passi sunt Christi An-
no 262. Dionys. Pap. 2. Valer. &
Gallien. Imp. 8.

Vide Cæs.
Baron. Ann.
Tom. 2.

Temporibus ijs cum summa ecclesia Chri-
sti pace frueretur, Marinus vir & genere il-
lustris & diuitijs locuples, capitis, propter
Christi testimonium Cæsareæ Palestinæ, damna-
tus fuit. Cum enim præcipuum inter alios, in Ro-
mano exercitu dignitatis gradum obtineret, &
ordo postularer ut maiore quodam honore (qui
appellatur) potiretur, adfuit forte qui, gra-
ui ambitionis peste correptus. Marinum pro tri-
bunali comparentem in crimen vocaret, quod re-
lictis dijs patrijs, Christi fidem sectaretur. Iudex
(qui Achiuus erat genere) vehementer cõmorus,
quod Marinũ vultu animoq; imperterritũ, nõ mo-
do negantẽ, sed constãter Christianæ fidei religi-
onem profitentem audiret, trium horarum spati-
um ad deliberandum ei concessit.

3. Martij.

κλήμα
dignitas a-
pud Roma-
nos: quam
qui adipif-
cuntur, eos
Centurio-
nes fieri à-
iunt.

Mox igitur è iudicio excedentem Theotecnus,
qui ciuitatis illius erat Episcopus, ad colloquiũ in-
uita, & manu prehensa ad ecclesiam recta de-
ducit; ipsumque sanctuarium cum eo ingressus,
sacro sanctum Euangelij librum adfert. Tũ gla-
diũ, quo erat præcinctus, ex vna, ex altera verò
parte librum ostendit, præcipitque, ut quod ma-
gis ex animi sententia esset, deligeret. Vbi verò
omni

Theotecnus
Cæsariensis
Episcopus.